DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE

SPADONE
HIPPOCRATICO
LAPICIDARUM SEEBERGENSI-UM HÆMOPTYSIN ET PHTHI-SIN PULMONALEM,

VULGO:

Der Seeberger Steinbrecher Kranckheit

PRÆCEDENTE.

QUAM

DIVINA ANNUENTE GRATIA,
ET
GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE

N. GEORGIO DAN. COSCHWITZ,

ED. DOCT. EJUSDEMQUE IN ALMA FRIDERICIANA PROF. UBL. ORDIN. POTENTISS. REGIS BORUSS. IN TRACTU MANSFELDENS. ET APUD PALAT. HALENS. PHYSICO MERITISSIMO,

ITRONO, *AC PROMOTORE OMNI OBSERVANTIÆ CULTU DEVENERANDO,*

PRO GRADU DOCTORIS,

ummisque in arte Medica Honoribus, Insignibus ac Privilegiis More Majorum solenni obtinendis,

Horis ante & pomeridianis Anno MDCCXXI. Die Jul.

Publico Eruditorum Examini submittit,

AUCTOR ET RESPONDENS

HANNES BUBBE, p.t. Med. Pract. in Præfect. Seeberg.

HALÆ MAGDEB. LITERIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYP.

DEO,
PATRIÆ
PATRONIS,

ATQUE

AMICIS,

Sacratum volo.

PROOEMIUM.

Uot quantisque morborum ac ſymptomatum generibus corpora noſtra humana ſubjecta ſint, ſi non omnibus ſatis cognitum ac perſpectum, ipſamet tamen experientia quotidiana comprobatum edoceri credo. Confirmant hoc & eruditiſſimorum Practicorum docta ſcripta, in quibus non ſolum eorum cognitio, ſed & legitima ac ſolita curandi traditur methodus. Major & plurima pars hominum moritur cum febri, non minima crudeli vulnere; hic propria culpa, ille alterius; omnes ac ſinguli ſua experiuntur fata, quisque ſuos patitur manes. Cæterum ſi rectius inſpiciamus omnia quæ fatalitatis terminum attingunt, vel in fluidorum vel partium ſolidarum labem reſultant, unde labefactatur machina, & periculum vitæ inſtat, niſi reparetur. Ex hac, ut ita dicam, caverna, & prolixa morborum ſerie, iis, qui de thematibus pro Diſſertationibus publicis cogitant, ſeſe offert largus materiarum campus, ut potius

de abundantia, quam penuria conquerendi occasio de
tur. Placuit nobis loco speciminis inauguralis affe
ctum selectissimum pertractare, nempe ut rubrica Dis
sertationis indicat, SPADONEM HIPPOCRATI
CUM LAPICIDARUM SEEBERGENSIUM
HÆMOPTYSIN ET PHTHISIN PULMONA
LEM, GERMANICO IDIOMATE die Seebergisch
Steinbrecher-Krankheit, vocatum, præcedentem & in
ferentem. Ut vero prælibate innotescat, loci, cujus mor
bum specialissimum pertractaturi sumus, situs, & lapicidi
narum naturalis constitutio, ex historia Topographica se
quentia tanquam in prodromo edocenda veniunt. See
bergia est præfectura quædam Thuringiaca, Superiorita
Sereniſſimi Principis Schwartzburgico Rudolstadiensi
a multis retro, imo non numerandis, annis, subjecta. Mon
adjacenti hanc suam denominationem debere suadet ra
tio & homonymica expressio. Mons vero ipse, an no
men suum accepisse dicendus sit a lacu, einer See, qu
pagos Siebleben & Tüttleben, item campum major
spatii, cespite nunc obsitum juncoso, sub nomine ca
recti Sieblebiensis venientem, & pro pascendis alendi
que pecudibus usitatum inundasse, tandemque in radi
bus hujus montis defeciſſe, refertur, cujus vestigia in l
bris qui pro descriptionibus agrorum asservantur vulg
Fluhr und Feld-Bücher, nuncupatis, adhuc loquun
tur hinc inde terminis suis technico-marinis; an ver
a Dea Sieba, in monte aliquando ab ethnicis culta; a
tandem a videndo vom sehen, quia montis cacumi
longissimo & latissimo prospectui inserviunt, apud auto
res non constat, nec certis argumentis corroborare po
sum.

A

Accola eſt celebri Gothanæ urbi, adeo ut Mons i-
e Seeberg dictus, cum radicibus ſuis occidentalibus
rminos Gothanos attingat. A natura loci hujus ſitus
nœniſſimus factus eſt, viſui enim in plaga quam habet
Oriente & Septentrione agrorum & pratorum imo ur-
um & pagorum magnum numerum oſtendit; a meri-
onali autem & occidentali ſphæra, habet montem, ob
rios quos Seebergenſibus præſtat uſus, non ultimæ
udis; in latere præcipue iſto quo hanc præfecturam
ngit, exhibet florentiſſimos & cum multis arboribus
uctiferis infarctiſſimos hortos, in apice vero & ſupe-
ori ſui corporis parte, ſylvas concatenatas ex pineis
rtim, partim fruticibus avellanaceis, quercinis, tilia-
is conflatas atque compoſitas. In hac laudata regio-
Botanophilis occaſionem ſimul porrigit optatam,
rbas medicamentoſas, in diſſitis alias regionibus vix
peribiles, per compendium quaſi inviſere & colligere.
medio montis, ſecundum ſcilicet latitudinem conſi-
rati, præter compaſcuos agros pro ovibus & pecude
ajori proficuos, à provida natura, in terrarum abys-
abſconditæ jacent Lapidicinæ, Seebergenſibus pro
mparanda pecunia & inde pro conſumptione quoti-
ana neceſſitates acquirendas maxime accommodabi-
s. Ex his nempe fodinis multo quidem labore & pe-
culo ſæpius etiam vitæ, effodiunt lapides, ad uſum
echanicum valde acceptabiles. Ex hisce lapidicinis
munt urbes prætioſiſſima & artibus mechanicis ad a-
cem usque elaborata ſua ædificia. Inde videas Erfur-
m, Gotham, Arnſtadiam, Ohrdrufiam, Iſenacam,
sque accolas proximas & remotiores ædificiorum

ſuorum ſplendidiorum compoſitionem huic monti de
bere, & indè conflatam oſtendere. Mehliſenſes, Rhu
lenſes, Schmalkaldenſes non potuiſſent ferreis ſuis fabri
ficiis aciem & ſplendorem ſeu expolituram, das Polire
uti nuncupant, addere, niſi ex hisce fodinis ipſis ſuppe
ditarentur cotes majores, in diametro VIII ad IX pede
continentes, quas aquis & equis rotant, & ſic exactiſſi
mam polituram imo elegantiam & exacuationem, ac
multifarios uſus domeſticos ac mechanicos proficuam
Armaturis, forficibus, forcipibus, malleis, ſecuribu
&c. addunt. Non eſt hujus loci ſecundum digitorum
numerum recenſere & enumerare, quid ſtatuariis pro
conficiendis ſtatuis, quid epithaphiſtis pro erigendi
epitaphiis, quid lapicidis aliis pro exſtruendis puteis
Altaribus, Baptiſteriis & ad ſacros ac publicos uſus de
ſtinandis exſtructuris, lapidicinæ Seebergenſes pro uſ
ſint, cum quilibet qui per Thuringiam & accolas pro
vincias profectus, propriis oculis videre poterit, quo
non facile urbs, pagus, villa aut mola ſit, quæ non e
hisce Seebergenſium labore ſibi proficuos pro exſtru
ctione exhibeat lapides. In molis hæc ſuper quibus
dam carillus & meta ex hisce lapidibus confecta obſer
vantur, molitori pinſendo frumentum auxiliatrice
Quoniam autem ad multifarios uſus hi lapides profici
proſtant, fit inde quod ex multis aliis locis avolent ho
mines, & Præfecturæ Seebergenſis incolæ fieri deſide
rent, partim quia in effodiendis lapidibus, partim pr
transportandis ad alia loca negotiantes, occaſione
nanſicantur pecunias & alimentum comparandi, & hac
quidem facilius quam in aliis finitimis locis, non mo
boſu

oſum ac periculoſum huic labori inſequentem indi-
nantes neque verentes eventum ac ſtatum. Agunt
empe ut ſolent homines, pecunias quærunt & mor-
m quærendo inveniunt, ſcilicet pecuniis nunquam ad
tietatem corraſis, oneroſo labore vitam finiunt, aut
orboſo corpore impediuntur corradere. Quemad-
odum enim per experientiam conſtat, quod illi ho-
ines qui metallorum ac mineralium effoſſioni, variæ-
ue tractationi continuo inſerviunt, familiarius phthiſi
borent; & quemadmodum regiones ac civitates inte-
æ, aere denſo ſemper refertæ, aut copioſis carbonum
ſſilium acido ſulphureis exhalationibus plenæ, plu-
s alunt phthiſicos incolas, quod inprimis de Anglo-
m metropoli Londino, compertum habemus, ubi
rtia fere pars hominum hoc malo rapitur; imo quem-
modum ex aeris ſingulari diſpoſitione quibusdam
gionibus phthiſis endemia fit, ac quadam perpetui-
te fovetur, uti Fernelius de abdit. Rer. cauſ. cap. II. re-
rt de Luſitanis; ita & his noſtris Seebergenſibus Lapi-
dis & effoſſoribus idem contingit, quippe qui multas
o cauſas, quæ partim in exhalationibus ſulphurearum
rticularum, quæ ex colliſione lapidum & ferreorum
ſtrumentorum cum quibus findunt & aptant ſuo ſco-
o lapides, proliciuntur; partim vero aceedentibus vi-
s motus ac diætæ, a longo tempore dicendi morbi
currunt cenſuram. Experientia nempe eorum ante-
ſſores edocti, viderunt, hoc labore multos ſuorum
us, nempe morbum quendam, cæteris incolis See-
rgiæ enutritis, (alio tamen opere, agrorum videlicet
tura & aliis negotiis occupatis) non ita frequentem

re-

reportasse, lapicidis hisce vero magis proprium & s
gularem, singulare quoque nomen excogitarunt, quo
signivere lapicidarum hanc observabilem labem. Q
istorum denominatio ad nostra tempora perduravit,
notione der Seeberger Steinbrecher Krandh
Cujus naturam & constitutionem, itemque curatione
cum pertractare animus sit, faxit Numen divinum,
jus auxilium humiliter imploramus, ut omnia fiant
liciter.

Te vero B. L. obnixe rogamus, si quædam
nus exacte ob properantem calamum, & ingenii ten
tatem elaborata ac conscripta sint, in meliorem p
tem interpretari non graveris.

Melioris ordinis & perspicuitatis gratia, tracta
nostra erit trimembris, respiciendo nempe ad tres f
tes, considerabimus morbi hujus

I. NOMEN.
II. NATURAM.
III. CURATIONEM.

Hinc ordine præsuppositō:

MEMBRUM I.

Definitionem ὀνοματώδη docet.

CUm ex methodo philosophandi recepta, no
rei, de qua acturi, recensere teneamur; & s
cundum Scaligerum, nihil cordato viro digr
quam definire, & profecto sapientis sit prosequi de
tiones; nomen prius nostri affectus delibare omnin
pus videtur.

Spado seu Spadon, originem debet Græcis, qui-
us audit σπάδων, a verbo σπάω; qualis vero sit affectus,
x ac ne vix quidem apud Lexicographos, aliosve in-
enias. Notum imo notissimum est, quod Spado a-
ud lexicographos latinos plerumque pro Castrato, seu
o cui testiculi abscissi aut evulsi sunt, accipiatur, unde
ermanice vertunt, ein Verschnittener; it. ein un-
uchtbarer Schoß der Bäume. Inter Græcos qui-
em Johannes Scapula, in lexico Græco-latino, sub ver-
i, σπάω derivatis vocabulum σπάδων ex Hippocrate ci-
t, sub significatione spasmi & contractionis, ast de re-
quo ipse, ut alii, sensu receptiori, pro τὸ cui testiculi
vulsi sunt, seu cui nervus membrum genitale erigens
t convulsus, spadonem accipit: legatur quoque de
padone Bruno, in Lexic. Cast. Spadonem per Spasma,
u Spasmum explicans, & in hujus sensus authoritatem
Crotianum, ac Hippocratem citans. Qualem interim
capula convulsionem indicatam velit, num crispatam
ontractionem in pulmonum vasis, quam Hippocrates
estrictive exprimere voluit; an vero de membri geni-
lis convulsione solum loquatur, me dubium relinquit,
uia expresse præter verba: *exponitur etiam Spasmus con-
ractio apud Mic. in Alexiph. & Hippocrat.* nihil addat. Cum
rgo apud Lexicographos plurimos altum sit silentium,
n qua ab Hippocrate significatione adhibeatur, ex ipsius
criptis, seu ex autore ipso sapere, intelligere atque eru-
e libet. Vocatur vero ita lib. I. de morbis, cap. X. t.
. & cap. 15. tit. 5. item cap. 17. t. 3 & 11. His citatis lo-
s lectis & probe examinatis, patet Spadonem ab Hip-
ocrate assignari potissimum (1) pulmonibus. (2) Eo-

rum

rum vasis sanguiferis, venis, laxiori significatu, vete
bus & ipsi solenni, non exclusis arteriis. Et quidem n
tam rupta venula, ὅταν ῥαγῇ, cap. 10. t. 43. & 45. ubi
tim sequitur sputum sanguinis, vel saltim extravasati
item ὅταν σπασθῇ trahitur & vellitur, cap. 17. t. 3. ibi
Σπάδων ipsi dictus, seu ὄιον κίρσος, velut varix. Cap.
t. 11. addit porro, & manifesto hoc loco σπάσματα voc
fieri hæc a laboribus & lapsibus, a plaga, sublatione
neris, violentia externa, per mechanicam tensione
sequente dilatatione. Verbo Hippocrates exprim
Spadonis termino, morbum quendam seu affectum i
ternum, sub varicis aut anevrismatis interni notione v
nientem, einen Ader-oder Pulsader Kropf vel Bru

Nos Hippocratis vestigia legentes, vidimus huj
Spadonem tanquam ovum ovo similem esse nostro Se
bergensium morbo endemio, sub rubrica, die Seeb
ger Steinbrecher Kranckheit, indicato, præcedente
horum hæmopthysin & phthisin pulmonalem; placu
que hujus termini primi auctoris ac usurpatoris nomin
lem quoque auctoritatem pro scopo nostro adhibere,
quidem ob sequentes potissimum rationes, primo: h
modo Hippocratis specialissimus affectus hisce nost
temporibus adhuc visibilis, in memoriam ac perscru
tionem de novo venit, & ingeniosissimi auctoris c
gnominatione insignitur; deinde cum de internis hisc
modi dilatationibus vasorum sermonem facturis nu
quam a priori, a posteriori hæc super non semper occ
sio veniat demonstrare, an venæ (& sic varicosa dila
tio facta sit); an vero arteriæ, sive anevrismatica co
tingat læsio; rectius hinc fecisse judicavimus, si spad

n

em utramque dilatationem exprimentem adhibendo, neroſam explicationem & odioſam repetitionem an rterioſa an venoſa contingat labes, evitaremus. His præſuppoſitis, terminus Spado, nobis præ cæteris aptus accommodatus viſus eſt, morbum Seebergenſem ſub apite ὀσίας uberius explicandum, ad noſtram memoriam revocare.

Explicavimus nunc, ut ſperamus, quid remotive poſitive terminus noſter velit, pergamus ergo ad

MEMBRUM II.

Quod definitionem ὀσιώδη explanat.

ESſentia Spadonis, ut omnibus innoteſcat, neceſſe eſt ut poſt definitionem nominalem, recenſeamus quoque realem. Ponimus ergo Spadonem definiri poſſe ſequentibus:

Eſt tumor mollis, concolor & cedens internus a diteniſione vel ruptione arteriæ aut venæ, ſanguine localiter velut in ſinu congeſto, endemice contingens iis operariis, qui in Lapicidiis Seebergenſibus lapides effodiendo & aptando occupati ſunt.

Genus ſeu ratio formalis, ſub tumoris notione generali indicatur, non enim tuberculis, nec excreſcentiis, vel indurationibus, adnumerari poteſt. Una ſic quoque ſtatim liquet, qualis nam ſit tumor, imprimis ſi requa etiam jungantur prædicata addita. Potuiſſemus quidem ad abſceſſus eosque ſanguineos cum aliis referre, cum & Hippocrates lib. 2. epid. Sect. I. t. 45. videatur

varices ad ἀποστάσεις seu abscessus referre, sed cum absce
sus si non suppurationem factam, saltim dispositione
ad hanc proximam, sic tantum latiori sensu, seu infie
proprie hodie notet, præstat sub tumoribus potius lo
care. Reliqua definitionis nostræ asserta ad differenti
am specificam faciunt eruendam & consignandam, me
dificantia tumoris acceptionem, ut adeo qualis & qui
sit idem quomodo a reliquis distinguendus, pateat
subjecto, materia contenta, causis & aliis non difficil
est concipere.

Subjectum nempe Spadonis *principale indefinitum* sun
vasa sanguifera & sic principaliter venarum non exclus
arteriis. Interim probe noscimus, hæc vasa per exter
nas partes æque quam internas locata inveniri, quia me
chanica hominis structura ex necessitate vasorum ho
rum usu indiget per omnes corporis structuras; subjun
gimus tamen amphiboliam evitaturi, nos præeunt
Hippocrate imprimis loqui & intellecta velle vasa san
guiflua internarum partium, præcipue circa & in pul
monum substantia jacentia. Arteriarum quidem situ
respectu venarum est profundior, ut ex anatomicis hau
rire & oculis obvium dare quilibet potest; non tame
hæc differentia a venis impedit, quod non æque ac ha
possint dilatari: est potius utrobique dilatatio infieri &
posse, sed alia in venis cum crispatura, alia in arteriis, &
hæc magis æquali situ.

Definitum subjectum & locum magis exprimunt a
exhibent læsiones ipsæ factæ. Sunt qui oculorum ho
rum vasorum magis meminere, quæ in anevrismate &
varice præcipue affici argutantur, sed cum commun

ana

natomicorum edicto hæc in extremitatibus capillari-
us radicentur, ubi aut nunquam, aut non facile fuere
bſervata, ita non facile niſi novis & extraordinariis oſ-
ulis præſuppoſitis, poterunt concipi & formata præ-
ıpponi, ubi ordinaria nulla obſervantur. Potius vero
ocus læſionis deſignari poteſt in & extra Thoracem pro
t caſus fert diverſus, hinc & obſervantur in extremis ar-
ıbus, v. g. in brachiis & pedibus, quorſum ſpectant ob-
ervationes anevrismatum ſpecialiorum, tam factorum,
uam huc referendorum, paſſim tamen apud autores
bſervatorum; conferatur ex recentioribus Palfyn, in
lbhandlung der vornehmſten chirurgiſchen operatio-
en, pag. 409. ſeq. Imprimis tamen pro noſtra Spa-
onis tractatione, ex internis vaſa circa cor & pulmo-
es, ſede cum polypis fere communi, magis huic ma-
ſunt obnoxia. Hinc notatu digna, quæ Hippocra-
es lib. I. de morbis, cap. 10. t. 59. ſequent. habet, ita edo-
ens: quando in pulmone vena omnino quidem rupta
on fuerit, fiat tamen maxime velut varix, accidere non
na in perniciem vitæ tendentia ſymptomata.

Subjectum adæquatum, nobis ſuppeditare videntur
ı tegumenta vaſorum, nempe tunicæ & cætera integu-
ıenta integerrima, quæ dum diſtentuntur & dilatantur,
padonis fiunt propagatores; quoad movens ipſum id-
ue remotius, partes muſculoſæ, ad pulmonis quem-
ınque motum, maxime hoc paſſu depravatum, con-
ıſſivum, concurrentes, primario diaphragma, muſcu-
ıs penſilis & muſculi inter coſtales, ipſiusque abdomi-
is, non erunt prætereundæ.

Cauſæ quæ huic malo ſuppetias dant, ſi inveſtigan-

tur, ſunt vel proximæ, vel remotæ; ex *Proximis*, accu
ſanda venit: (1) Extravaſatio ſanguinis, in latitudine con
ſiderata, qua elaſtica ſua virtute expanſus vel in vaſa i
rumpit præter naturam, eaque diſtendit, aut quando
quidem disrumpit. (2) Irritatio naturæ paſſive & act
ve conſideratæ, quandocunque enim talis irritatio adeſ
& quidem ab objecto, hoc loco ſanguine, ponitur ad Spa
donem diſpoſitio. (3) Tanquam antecedens, Spasmi
que anſam materialiter præbens conſiderari meretu
Pulvis ille a Lapidibus effoſſis ſub illorum effabricatio
ad uſus mechanicos ſecedens, ac ſub reſpiratione in pu
mones attractus, ibique indole ſua terrea & adſtringen
te tunicarum ſtricturas efficiens, varieque Vaſa quoqu
interſperſa afficiens, ſanguinisque legitimum circulu
impediens.

Ex *remotioribus* cauſis cenſenda veniunt *Tempera
menta*, hinc ſolertiori animadverſione deprehenditu
quod habitu ſeu temperamento corporis ſanguineo
cum cholerico aut melancholico ſymbolyzante prædit
præ aliis huic affectui ſint obnoxii, utpote qui rarioris a
tenuioris texturæ partium ſubſunt; imprimis tame
cholerici qui habent venas & vaſa ſanguiflua latiora, hæ
ſuper ſalino-ſulphureo mobili ſanguine gaudent, ſæpi
us ſanguinis fluxu afficiuntur, præcipue ex internis par
tibus. Item *Plethora*, nam abundantia ſanguinis labo
rantibus & oneratis ſemper plus in eſt, quam digerere &
capere queunt vaſa, natura autem provida, quæ nihi
quicquam abundantis in ſtatu naturali tolerare ſolet, mo
tibus ſuis inſurgendo contra iſtud quod excedit, & le
gibus expulſionis, vel critice vel ſymptomatice qua da

a porta e corpore humano conatur expellere ſuperflua, nde non mirum, cur hac occurſione data plethorici ad άσιν humorum non ſolum inclinent, ſed & conſequenter ad ruptiones ac dilatationes admodum proni fiant.

Porro ex *ætatibus* huc referendi veniunt, adolescentioris ſeu juvenilis gradus, non plenarie excluſis requis, obſervationis enim eſt in juvenibus ſanguinem maxime exitum quærere e pulmonibus, inde etiam eſt, uod hæmoptyſis & præcedentes Spadones huic ætati nt familiariſſimi. Hippocrates, libro de morbis I, edire Fœſio, pag. 13. ſequentibus hanc noſtram ſententin confirmat ſuo calculo: Et quibus quidem juniorius, quæ affectiones fieri dictæ ſunt, contingunt, ii mas & vehementius afficiuntur, plusque cæteris dolent confeſtim iis manifeſtæ fiunt, ita, ut ſangvinem aut uto, aut vomitione rejiciant. Seniores vero raro quiem & debilius afficiuntur.

Reſpectu *quadrantes anni*, notandum hæc ſuper & on obiter inſpiciendum, quod in quamplurimis indiduis, hæ ſanguinis excretiones, certis temporum pedis, vernali ac autumnali, æquinoctialibus aut ſolſtilibus punctis, curſum ſuum ſoleant repetere, niſi conienticus remediis, vel ſanguinis artificiali emiſſione, l alio modo per convenientia imminuentia, aut cervivendi ratione avertamus; vernale tamen tempus æ cæteris aliquid ſuſpecti alit, hinc novi aliquot, leli ſpadone affectos fuiſſe.

Ratione *Sexus*, fæminæ reſpective, nempe ſalvis nſibus, præ maribus, rarius hos manes patiuntur, ippe magis quietiores, nec motibus adeo inordina-

tis

tis aſuetæ; non exemptæ tamen ſunt penitus, quia i
partus circumſtantiis plethoricæ ex difficultate partur
endi poſſibiliter hoc malum accerſere valent.

Facit aliquid *diſpoſitio hæreditaria*, quæ quemadm
dum ad phthiſin, ſputum cruentum, proclives redd
ita & ad ſpadones.

Aer nimis calidus ac frigidus ſuum ſymbolum e
iam afferunt.

Item *cibus* ac potus, hoc paſſu piper & ſpirituo
potulenta non omni culpa carent, præſertim ſi ex m
lo ordine & inconſiderata aſſuetudine pro ſudore pr
liciendo, cochleatim piper, & ſpiritus frumenti adh
bent noſtri loci Spadonum candidati. Quid potus fr
gidus, æſtuante corpore hauſtus, nocere poſſit, quot
diana experientia conſtat. Hinc ante paucos ann
non ſatis deturpanda adhuc apud noſtros aſuetudo fu
quod poſt pro eximio gradu habito ex labore mot
nempe poſt lapidum transportationem ad plauſtra
vehicula alia, datas pro more recepto, nach dem alt
böſen Herkommen, cereviſias, a vectoribus promiſſa
auflade Bier, in cryptis ſuis huic fini aptatis, ex lap
dum frumentis effabrefactis, epotando, corpus alge
ſubitæ refrigerationi ab extra & intra admiſſa expone
do, & pro peſſimo ſui genii indulſu peccando, ingurg
tando nempe frigidam, axioma illud: omnis ſubita m
tatio eſt periculoſa, ſuo damno comprobarunt. Vi
mus autem poſt hujus vitii demonſtrationem & obte
tam omiſſionem, nunc minus crebriores eſſe iſtos inſ
tus ſpadonicos.

Non eſt noſtri ſcopi recenſione dignari, quid tu

s vehemens, ſternutatio, vomitus, ſaltus, vocifera-
ones, inflatio immodica illorum, qui tubis canunt, i-
em nimius conatus in excernendis fæcibus conferant,
otius præeunte Hippocrate ex *vitæ generibus* & *vivendi*
tionibus adhuc paucis addimus, in libro de affectioni-
us internis, juxta Fœſii editionem pag. 91. ita argu-
entante: Pulmonis arteria ſi exulcerata, aut quædam
x tenuibus venulis quæ in pulmonem dependent rupta
erit, aut fiſtulæ per pulmonem diſtentæ & inter ſe con-
ingantur, & ſanguine compleantur (his vero de cauſis
æcipue divelluntur & perrumpuntur, vehementi ex-
citatione, curſu, caſu, per plagas, per violentos vo-
itus & febres) hæc quidem primum contingunt. Tus-
ſicca detinet, deinde non multo poſt ſputum cruen-
m, interdum vero pus expuit. Item confirmant,
iæ libro I. de morbis, Sect. V. pag. 7. habet; ejusdem
horis ſunt, quæ ibidem pag. 9. & 11. proſtant, nempe
g. 9. fiunt etiam cum ex immoderato labore, aut ex-
citatione, aut quavis alia occaſione ruptio ita facta
erit. pag. 11. Ex laboribus quoque etiam oriuntur, cum
na aliqua divulſa rupta fuerit, neque tamen penitus
pta fuerit, ſed ita, ut in ipſa convulſio facta ſit. Si-
idem igitur rupta fuerit, confeſtim ſanguis ex vena
iuſus putreſcit & in pus vertitur. Quod ſi convulſio
vena facta ſit, hæc quidem per exordia dolorem ex-
at, & pulſat, progreſſu vero temporis, ſanguinem ad
nem transmittit, qui in carne putreſcens, in pus
titur.

Verbo, cenſendi imprimis veniunt homines, dur
oribus vitæ negotiis aſueti, ut: qui geſtationibus & ſul
levandis oneribus majoribus occupati ſunt. Quæ, qu
lia, de noſtris Seebergenſibus & dici, & optimo jure a
ſeverari poſſunt.

Cauſas reliquas, quas multum conferre novim
pro Spadone generando apud Lapicidas Seebergenſe
in tractatione pathologica annectendi occaſio dab
tur.

Audivimus hactenus, quod & quid ſit, item e
quibus cauſis proveniat Spado; reſtat ut noſtræ κάτ ἀ
σιν & καθά θέσιν Diſſertationi quoque addamus quom
do fiat. Modum fiendi explicaturi, non perperam f
ciſſe putamus, ſi prius viſceris primario affecti, eju
demque partium ſtructuram artificioſiſſimam æque
operoſiſſimam conſideremus & inſpiciamus, primo
gitur ex Anatomicis repetenda veniunt, (omiſſis pr
intentione noſtra non primario inſervituris vaſis lym
phaticis, ac magna nervorum copia a Williſio obſe
vata,) illa e corde oriunda, & in viſcus hoc fororiu
ejusdemque ſubſtantiam intime deducta vaſa ſangu
nem vehentia, arteria ſcilicet pulmonalis & vena; i
evehens e corde, hæc revehens. Arteria ſcilicet pu
monalis ex legibus & mechaniſmo circulationis ſa
guinis, e dextro cordis ventriculo duabus magnis pr
paginibus, hinc in minores divaricatis & diſtribu
procedit. Vena vero pulmonalis e ſiniſtro cordis ſi
veniens, per totum ejus corpus numeroſa ſerie disp
gitur; utraque lateraliter ad dextrum & ſiniſtrum p
mon

nonem ejusque lobos dirempta. Præstant nempe hæc vasa sanguifera & perficiunt circulationem sanguinis, am particularem, a corde in pulmones, & a pulmonibus ad cor immediate, quam mediate ipsam quoque uvant & promovent universalem, ex corde in totum & omnes partes, & a partibus ad cor. Talismodi venæ & arteriæ non solum in ipsos pulmones verum quoque n laryngis, glandularum & vesicularum tunicas ramos suos capillares, mittunt, & per totam vesiculosam ubstantiam, instar artificiosissimi retis decurrunt, muuis anastomasibus innumeris inter se hiantes.

Pulmonum vasis sanguifluis perspectis considerau etiam digni sunt pulmones quoad reliquam substaniam. Substantia eorum modo carnea audit, ex divisione carnium recepta; modo parenchyma, quamvis oc nomen minus videatur congruum rei recentioribus quibusdam. Veteres carnes dixerunt sed sui generis, b analogiam quandam & substantiam mollem; parenhymata vero vocarunt, quod textura certa gaudeant, on solum vasorum complexui adaptata, sed & maxine porositati, & tubulis quasi infinitis. Hoc sensu empe pulmo est substantia dissimilaris, ex variis composita similaribus, membrana, carne, vasis. Membraa, qua incinguntur, a pleura originem ducens, si seorm spectetur, in spadone quidem principaliter non conurrit, nisi symptomatice, in sputo tamen cruento præipue afficitur. Caro ejus parenchymatica, cum sit ungosa, mollis, glabra, rara, levis & lævis, concreta uasi e sanguine spumoso, vel ut presius exprimamus,

fius exprimamus, exprimit mechanica ſua ſtructura folles & ſpongiam, vel utrumque potius conjunctim, follem ſpongioſum ſeu ſpongiam follicoſam.

Quo nunc tenerior & elegantior eſt pulmonum ſubſtantia, eo facilius infirmatus undecunque, minus firmiter continere contenta fluida, ſanguinem nempe præcipue poterit, imprimis cum ſit perpetuum quoddam mobile; ex pari ratione eluceſcit, quod tenerrima ac ſenſibiliſſima eorum textura, non par ſit dilatationes expanſorias in vaſis aut ſubſtantia propria factis absque gravi læſione fovere aut tolerare, unde non mirum, cur tot tantisque injuriis ac læſionibus, apud Practicos inveniatur ſubjacuiſſe.

Quemadmodum autem in generalioribus pulmonum affectionibus certo credimus neminem obloquentem inveniri poſſe, ita & in ſpecialioribus, nempe pro Spadonis Seebergenſis fiendi modo edocendo pergimus addere, nequaquam per tranſennam inſpiciendum eſſe quantum ipſorum pulmones ac diaphragma concutiantur, quando ſub majorum ponderum geſtationibus & elevationibus ex anhelitus cohibitionibus ac contentionibus quotidie ſuſtinendis, imprimis iſta circumſtanti concurrente dum malleis ferreis eximii ponderis ungheur groſſen Schlegeln daran mancher zu heben und zu tragen hat, lapides findunt, potius rationis ductu inducimur ſtatuere, hoc motu repetito, ſanguinis quoque motum fieri citatiorem, majorique niſu in pulmonum vaſa & pulmonum ſubſtantiam irruere, imo eorum vaſa diſtendere atque disjicere & tandem rumpere. San-

gu

is enim abundans expansione, generali naturæ inten-
one ad excretionem in & per pectus destinatus, aut a-
ex circumstantia ad viscus hoc derivatus, ac invita-
s, nonne ab universo corporis habitu tonice magis
onstricto, aut viscerum internorum tono majori affe-
orum, ad pulmones solito magis regurgitando con-
ritur; ecquisnam negaret sequi inde ex regulis me-
anismi necessariis in his sanguinis contentionem, va-
rumque distensionem ac oppletionem, quia plus san-
inis appellitur & retinetur etiam, quam ob strictiuram
condensationem viscerum & partium corporis mus-
losarum & his interpositas, imo subjacentes indeque
his simul compressas vias sanguis & cum eo reliqui
mores per venas ad præcedentem illum appulsum,
oportionate revehi possint. Ob hunc nimium san-
inis infarctum, in his partibus, ejus motus localis suf-
minatur, & stagnatio oritur. His stagnationibus fa-
s, presso pede, auctiore appulsu & accessu humorum
nte & continuante, Spadonica dilatatio, aut actualis
ptio vasorum, succedit, idque tanto certius, si natu-
viæ huic insistit, crebriusque eam repetere invitatur
que excitatur.

His suppositis atque concessis, ulterius conjicere
et, Spadonem differre a Spadone, adeo ut alius sit in
eri, alius in facto, alius verus, stricte & proprie talis,
ius improprie talis; alius exquisitus, gravis, major, a-
s spurius, minor; alius urgens vel in præsens, vel in
turum; alius gravissimus, confertim ac cum impetu
ns. Tacemus alium in venis, alium in arteriis, alium

ſubſtantia pulmonum ipſa læſa, uti nonnunquam viſum
eſt ægros tota quaſi vaſa, vel eorum ramenta analogic
exſpuiſſe, vel ipſius pulmonis putrefactas particulas; a
lium tantummodo dilatatis vel disruptis vaſis, fieri poſſ

Ex iisdem allatis variantibus differentiis, porro, e
connexione & ſubſumtione concludimus, Diagnoſin &
Prognoſin eodem modo variandam eſſe. Ex ſignis *Dia*
gnoſticis ſpadonem factum eſſe, indicat dolor, laboran
enim tali, ſentit dolorem dorſi circa ſcapulam ſiniſtram
thoracem, ipſumque cubitum, pulſum etiam (non t
men omnis pulſus locis inſolitis ſtatim Spadonem nota
ſed ſæpe ſolum ſtagnationem aut obſtructionem) loc
inſolito, ſuperiori ſcilicet regione thoracis, circiter ci
ca ſecundam vertebram, ſub clavicula ſiniſtra. Succed
titillatio pruriginoſa per longitudinem aſperæ arteri
anguſtia circa thoracem, ſpaſticæque compreſſion
Has ſequitur tuſſicula ſui moris, dicunt der Steinb
chers Huſten, tuſſis nempe cum dolore, in princip
ſicca, ſi vero longius duret & negligatur, ſequitur hi
ſanguis ſinceriſſimus. Conſentientem habemus Hi
pocratem, qui Fœſio eloquente, in libro I. de morb
p. 8. dicit: Si vena quidem non omnino rupta fuerit, ſ
ea præcipue velut varix diſtenditur, quod etiam con
ſtim quidem ubi factum fuerit, dolorem quendam ter
em & tuſſim ſiccam exhibet. Si vero diutius traxerit
neglecta fuerit, primum quidem paucum & ſub atru
ſanguinem transmittit, mox etiam copioſiorem & ma
me ſincerum, deinde pus.

Accedit & inquietudo, ſæpe anxietas, vigiliæ, v

n debilitas, ſtupor quidam a compreſſione partium, petitus proſtratus, aliaque. Adeſt porro caloris & fri-ris alternatio, in febrem tandem inflammatoriam de-nerans. Quandoque vero ſilent hæc omnia, donec o-nione citius ludatur fabula, ſeu de corio potius huma-, non niſi a poſteriori vel ipſa facta ſectione deprehen-ndo morbo.

Quod *Prognoſin* ſeu eventum ſalutis & mortis attinet, ado internus eſt graviſſimus morbus, ſeu tumor per-cioſiſſimus, qui plures interimit. Non omnis tamen incurabilis, ſed magnus magis, ſubitaneus nimis. Ar-riarum hæcſuper eſt multo pertinacior, indeque utplu-num mors ſequitur. Hippocrates hæc habet, ſecun-m editionem Fœſii. Sect. V. p. 10. Qui morbis hujus-odi detinentur, ab his quidem intra breve tempus pe-unt, quidam etiam diutius trahunt. Præſtat enim cor-is corpori, ætas ætati, & affectio affectioni, & anni tem-ſtas tempeſtati, in qua ægrotarint. Quidam enim mor-os facile tolerant, quidam vero omnino tolerare neque-t. Non igitur certum tempus in quo pereunt dari teſt, neque ſi longum, neque quod quidam prædicunt, m plerumque & anni tempora differunt. Verum qui ctius de his decernere ac prædicere volet, ſic judicabit, ovis anni tempore & perire & ſupereſſe, & quæ pati-tur evenire.

Qualisnam Spadoni cura adhibenda relinquatur ex do dictis & adductis liquet, nimirum ſi ſubitaneus magnus nimis, nulla ad Therapiam eſt indicatio; ſi in-teratus & hæmoptyica-phthiſi concomitatus, unice

pal-

palliativa cura; si recens & non adeo magnus respect
vasorum dilatatorum, neque exacerbationem nactus fu
erit, & tolerabilior maneat, imo vita patientis protrah
tur, aliquid quidem faciendum & curatione promitter
dum relinquit. Nos breviter saltim, quæ facienda & o
mittenda indicare volumus, ordine præsuppositο, s
quente

MEMBRO III.

De Therapia.

HIppocrates, in libro supra citato de affectionibu
internis, juxta Fœsii editionem Sect. V. p. 94. M
thodum sequentem edocet curandi Spadones: S
varix in pulmone gignatur, per morbi quidem exord
tussis sicca, rigor & febris vehemens admodum invadi
erectæ cervicis spiratio detinet. Huic quidem cum s
habeat & dolor maxime urgeat, primum quidem sangu
nem detrahito, deinde multa & calida lavato, & cum s
tis detinet, cyceonem ex vino nigro austero quam suavi
simo, æquali aqua temperatum, potui exhibeto, quem
maxime frigidum bibere oportet. Ptisana cremore co
cto, optimo melle affuso, pro sorbitionibus utatur. Qu
primis 14. diebus offerenda sunt. Quod si diutius mor
bus detinet, dolorque major in corpore & virium impo
tentia adsit, huic sane sic habenti ea exhibeto, quæ
qui pulmonem purulentum habet, cum 14 dies præteri
erint. Hic morbus cum sit difficilis multa curatione in

dige

iget, alioquin ægrum non relinquere fereque multos
l mortem usque comitari ſolet.

His breviter, ſed non incongrue, Hippocratem
tam methodum ſanandi Spadonem, edocere in pro-
atulo eſt, intendit nempe vel discutere ac derivare;
el demulcere; vel tandem ſelective appropriatis trav-
aticis, conglutinantibus vitia iſta reſtituere. Et ſane
ibus hisce gradibus contraire licet damnoſo affectui,
iud faciendo in principio, aliud in medio, aliud in fi-
e. In principio, quando vel eſt in fieri vel in facto, præ-
ppoſito ſanguinem proprio motu affectare his locis
uta in pulmonibus) exitum, aut conceſſum ſequi ob
refactionem infarctoriam, vel injuriam externam, Me-
cus & æger omnem operam impendere debent, ut eru-
ionem ſanguinis mature avertant, & ſubſiſtentiam in
lmonibus ſollicite præcaveant, quod idem Hippo-
ates expreſſis verbis pag. 9. cit. loc. inculcat: *ſi* inter
itia morbi curationem adhibeant, rurſus venulæ ſuo
co ſubſident & humiles *fiunt*. Adhibitis enim, atta-
en cum grano ſalis, derivatoriis evacuationibus, & vel
onte ſymptoma evaneſcit omne, aut ad minimum le-
oribus medicamentis auſcultare cogitur. Convenit
prime ex fonte chirurgico V. S. baſilicæ aut medianæ
brachio, ſi nihil obſteterit, patiensque nihil interlo-
atur. (Interloquitur autem, quando jam in limine ſtat
moptyſeos & inſequentibus phthiſicis labefactationi-
s, ex multo jam tempore paſſis, cenſuræ adnumerari,
o caſu dato, conſultius autor ac ſuaſor fuerim ut V. S.
pede, cæteris ſcilicet paribus, ad unc. IV, VI. aut VIII.
virium indicatione inſtituat.) Cæterum V. S. in bra-

chio quantitatem tam continuam quam discretam prudentis Medici, Chirurgique στοχασμῷ committimus. Melius tamen est ut non nimis in defectu peccemus quam in excessu.

Spectant huc & alia revellentia, sanguinis majorem fluxum ad partes remotiores producentia, qualia sunt pediluvia & immissiones manuum in decocta calida, frictiones, ligaturæ partium extremarum. Non spernendum usum afferunt clysteres emollientes & leniter alvum subducentes, quatenus laxata alvo, nimiæ quoque vasorum constrictiones cessant, ut hoc modo affluxus humorum in viscus aliquatenus comminuatur.

Conferunt multum circa æquinoctiales solis periodos, laxationes, apud eos præcipue qui per harum periodorum symbolum sentiunt aut molestam tussim, aut alia incommoda exacerbantia, & aliquoties exacerbata.

Quemadmodum etiam tutiores se sentiunt, qui circa hasce temporis mutationes, quietiori vitæ generi student; motus corporis excedentes vitando, seu non facile ultra posse audendo.

Interponantur nitrosa cum absorbentibus & sal. neutris, v. g. nitrum depuratum, antimoniat., arcan. duplic. methodo Illustris Sthalii præparat. cum conchis præpar. & ocul. cancr. citratis, & ut eo certius sanguinis impetu infringatur cinnabarinis debita proportione admixtis. Accedat pro leni adstrictione & tono restituendo, Essent. Millefolii cum tartari Tinct. & Spirit. C. C. itemque Ess. Succin. ac Cascarillæ admixta. Si Spado per vices redierit & annue recursum fecerit, pulmonibus jam dum ad ex- ulcerationem proclivibus, decoctum Veronicæ, Sani-

cula

læ, egregiam opem ſpondent. Item nutrientia ex Ge-
inis, C. C. pedibus vitulinis, lacte ipſo, idem decocto
enaceo vulgo die Hafer-Cur. Ab Extracto Veroni-
e, debito modo parato, non empyrevma olente, cum
ſſentia Card. bened. & Millefolii diluto, novi aliquoties
on pœnitendas fructus expectatos fuiſſe. Novi & mul-
m uſum herbæ Millefolii ac Scordii ſub decocto, & pul-
re quoque adhibitæ, valde proficuum fuiſſe. Certe
ii circumſpectam ex his allatis concinnabit metho-
im, habebit de efficacia adjutricis manus, certiſſimum
gumentum.

In malo inveterato, pulmonibus exulceratis, & a
ngo tempore jam dum ingruentibus phthiſicis depra-
tionibus habitualibus, nihil boni aut perpetui ſponde-
poſſumus, potius ad affectus mitigationem & ſympto-
atum remotionem tenemur reſpicere, imo facere tan-
mmodo debemus, ut morbus tolerabilior maneat ac
ta protrahatur. Quoniam autem ad præſens noſtrum
ſtitutum proprie non ſpectet, quæ, qualia facienda,
idio omittimus, & B L. ad Autores de hac materia ex
ofeſſo agentes remittimus.

Interim ne aliquid circa tractationem Spadonis See-
rgenſium omiſiſſe videamur, famoſam adhuc formu-
m, quam a multis ab hinc annis in uſu habent, & de-
erantes de recuperanda valetudine adhibent, paucis
cenſione dignari & ſuperaddere placet; eſt autem ſe-
ens:

Rec. Herb. Scord. Millefol. chamædr. an. Mij. Lingu.
rvin. Mij. Marub. alb. Fumar. Acetoſ. Fragar. Hyſſop.
rragin. Abſynth. Rom. Salv. Meliſſ. Pulmonar. Hepat.

Veron. Matr. Sylv. Betonic. Sanicul. Flor. cheir. an. M
Rad. Ireos Florent. unc. j. Scrophular. Pimpinell. al
Leviſtic. an. unc. j. Rhabarb. optim. unc. ſem. Se
Fœnicul. unc. ij. Aniſi unc. j. ſem., cort. citr. Glycy
rhizæ. an. unc. ij. Ceraſor. exſiccat. Mj. conc. cont. gro
ſe M. D. in Capſula, ſ. ſpecies zu einem halben Eym
Bier.

Sacculo nempe incluſæ iſtæ ſpecies, claviculis a
figuntur infimæ regioni dolii, ne attollantur cerevi
ſuperfuſa. His peractis affunditur cereviſia recens, d
fecata tamen, reponuntur invicem pro extractione v
rium medicamentoſarum, ad 3 dies; his transactis ſ
munt quadrantem congii, 1 halbes Nöſel, mane & ve
peri, calefaciunt ac butyro non ſalito addito, ebibun
per reliquas diei horas quaslibet, hauſtulum hujus cer
viſiæ medicamentoſæ, non autem ſemper calefactio
& butyro additis, aſſumunt.

Candori B. L. relinquimus quid de hac formu
ſentire volet, per fidem tamen omnem teſtor, me vidi
ſe & videre quemlibet poſſe, conſummatiſſimos & p
derelictis habitos hisce ſimplicioribus reſtitutos.

Ob chartæ anguſtiam, brevem apponimus reg
lam diæteticam ex Ciceronis lib. 4. de officiis; Suſte
tatur valetudo notitia ſui corporis & obſervatione e
rum quæ ad prodeſſe aut obeſſe ſolent, continentia
omni vita atque cultu corporis tuendi cauſa. Syrac
des hæcce brevius etiam inculcat, quando inquit: Pr
ba quid Sanitati conducat. Atque his noſtræ Diſpu-
tationi imponitur

FINIS.